



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||IFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xvii. De raptoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](#)

Quod si scierit eam delinquisse, quæ tamen <sup>Si vir.</sup>  
non pœnituerit, sed in fornicatione manserit, &  
vixerit cum ea: eius peccati reus esto. Sin ea pœ-  
nituerit, & reuerti volet: is eam aliquotiens, at  
non sæpe, recipito.

Si tamen mulier viri restitutionem petet, & <sup>6. Intelle-</sup>  
is de adulterio excipiet: nisi adulteratus fuerit, <sup>ximus.</sup>  
eam recipere ne cogitor. Nā si adulteratus erit: <sup>7. Tua.</sup>  
paria delicta compensatione tolluntur.

Ad solam autem mulieris cōfessionem si cum <sup>5. Signifi-</sup>  
sacerdote adulteratum adserentis sacerdos ne <sup>casti.</sup>  
punito. Sanè infamato purgatio indicitor. hanc  
si debitè præstabit: absolutor. sin deficiet: ab  
officio suspenditor.

*Et stupro.*

**Q**ui virginem stuprassit is eam vxorem ha- <sup>2. Perhe-</sup>  
beto. Alioquin si renuet: corporaliter <sup>nit.</sup>  
castigatus, & excommunicatus in monasterium,  
in quo pœniteat, retrudito.

Nedum autem vxorem habeto, sed & dota- <sup>1. Si sedu-</sup>  
to. quod si pater eam olli nubtui conlocare no- <sup>xerit.</sup>  
let: nihilominus dotato. dos, iuxta modum,  
quem virgines accipere consuerunt, consti-  
tuitor.

*De Raptoribus. Tit. 17.*

**Q**uid si quis puellam rapserit? Certè si <sup>7. Acce-</sup>  
reconciliati erunt, & legitimę personę <sup>dens.</sup>  
sient: insimul contrahunto. <sup>6. Cū casu-</sup>

Quod si faxint, & matrimonium consum- <sup>sa. θεμα.</sup>  
matum erit: iam alteri sine alterius adsensu mo- <sup>præterea.</sup>

AA

281 III De Raptoribus.

nasterium ingredi, aliterve continentiam profiteri ne liceto.

6. In prin. Raptus autem ita demum, si nihil ante de nubtiis actum erit, adpellator. Vnde qui mulieris adsensum habessit, & prius quam cognoverit, despontasit, licet parentes puellæ reclamarent, raptor ne dicitor.

4. In archiepiscopatu. Cæterum de raptu virginum, puerorum abusu, & occisione prælatus ex delegatione principis etiam contra infideles cognoscere valeto. hos multato, flagellato, at flagella in vindictam sanguinis transfire ne videantur. Si grauior excessus erit, ut mortem, membrorum truncationem desideret: reum ad principem remittito, amandato.

3. Excomunicati. Qui autem Christianos iusta de causa nauigantes capere, aut rebus spoliare præsumpsint, excommunicantur. qui eosdem naufragium facientes spoliabunt, ni ablata restituent, excommunicati sunt.

1. De illis. Sed & qui locum aliquem pertransentes in eo rapinas admisint, ab illius loci prælato excommunicantur. antequam factum emendatis parochia illa ne exeunt. excommunicatio episcopo proprio nunciatur. is, antequam eò redierint, & satisfaxint, eos ne recipito.

2. Super eo. Qui verò in violenta rapina, seu violatione ecclesiarum manifestè deprehensus erit, ei in vita, morteve (ni prius ablata restituat si poterit, vel de restituendo caueat) pœnitentia negatur. Sed & si inter viuos satisfacere aut satisdare, cum posset, noluit, in morte autem vult, cum